Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8302
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ad Destram Italie partem i Tyrrenu Pelagus: Ad Si
nistram uo in Ionium Mare Descendant. Mira Syluarum
frequentia & opacitate operti, Transitus Angustos habent:
atque partim maxa precipitij Altitudine: partim Saxorum
asperitate inaccessibiles. Semite .n. quidam sunt Magno labore
condam ab Italis manufacte. Itaque non sine Magno metu
Exercitus hac iter faciebat. Sperabat occupata esse Iuga:
& clausos esse transitus: ne ipse transire posset: Et spe
timoreque simul haud inmerito torquebatur. Cum Locorum
naturam facile conijceret. ¶ At ubi nemine prohibente
transiere: i Camposque descendere, e timore respirarunt:
ac passim Diffusi sunt. Quare facillime sibi rem succedere
Maximinus sperauit: Cum Itali ne Locorum quidem difficultati
confisi sint: ubi & latere & se seruare poterant: aut In
sidias collocare e superioreque Loco pugnare. Cum in
Campo essent, Aquileiam Maximam Italie Ciuitatem
exploratores clausam esse nuntiant: premissas Peonum
phalangas audacter ad Muros pugnasse: admotis sepe
Scalis, nihil effecisse: ac Lapidibus telisque & Sagittarum
multitudine confertos atque demum defatigatos & reiectos
esse. ¶ Maximinus autem de Peonum copijs grauiter
conquestus: & ita negligenter & in Accurate pugna
ssent: Ipse cum exercitu proficiscitur: Sperans se fa
cillime urbem illam Deleturum. ¶ Imprimis Aquileia
Maxima Ciuitas Mari imminet: in qua summum

Maximinus

Aqleia . Ci.

De Situ eius.